



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

Admodvm Reverendo, Nobili, Amplissimo, Et Consvlts. Viro. Ac Domino,  
D. Ioanni Brassart Ivrис Vtrivsqve Doctori, Et Prothonotario Apostolico,  
Reverendissimi, Et Illvstrissimi Episcopi Et Principis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)



ADMODVM REVERENDO,  
NOBILI, AMPLISSIMO, ET CONSULTIS. VIRO, AC DOMINO.

D. JOANNI BRASSART  
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI,  
ET PROTHONOTARIO APOSTOLICO,  
REVERENDISSIMI, ET ILLVSTRISSIMI  
EPISCOPI ET PRINCIPIS SPIRENSIS,

NEC NON SERENISSIMI

MARCHIONIS BADENSIS

RESPECTIVE CONSILIARIO, OFFICIALI, ET SIGILLIFERO, INSIGNIS  
Collegiata Ecclesiae ad Omnes Sanctos Canonico, & Decano vigilantissimo,

Mæcenati, & Affini suo colendissimo.

ADM. REVERENTE, NOBILIS, AMPLIS. ET CONSULTIS. VIR, AC DOMINE:  
Mæcenas, & Affinis Colendissime:

**D**iu est, quo ex tota animi propensione aliquod obser-  
vantiae symbolum erga Temolior, sed animus dudum  
reluctatus est, & hæsitavit, quia nil reperit haec tenus dignum,

quod

EPISTOLA DEDICATORIA:

quod Tuо Amplissimo offerret Nominи. Verum cum jam  
recens est prelo meo pro Orbis literarii bono (cui addicтissi-  
mum me esse profiteor) denuo in lucem prodibunt publi-  
cam omnia Opera Canonica Eximii, & Profundissimi, sa-  
crorum Canonum, primarii in Academia Ingolstadiensi Pro-  
fessoris HENRICI CANISI viri, qui omnem Iurisprudentiae im-  
pensum laborem dulcem reputavit, ac proinde meritus est,  
ut in omnium ejus scientiae amatorum assiduis versetur ma-  
nibus: quem indigitasse, sat laudasse est; maximè cum Prae-  
conem habeat hujus seculi portentum scientiarum IOANNEM  
CARAMUELEM in Theologia fundamentali McccLXXXIII. non  
potui, nec debui cohibere impetum animi mei, quo minus  
ad nuncupandum Tibi praedicta Opera properaret. Cum e-  
nim post obtentos in celeberrima Universitate Herbipolensi  
summos Iuris utriusque honores, a Reverendissimo & Illu-  
strissimo Episcopo, ac Principe Spirensi ad consilia non modò  
Ecclesiastico, sed etiam saeculari foro danda assumptus sis; ut  
juxta Ecclesiasticas Regulas, id est, Sacros Canones jus dicas,  
ac præterea in partem solitudinis Tuæ assumpseris modis  
omnibus invigilare, ut Canones ab omnibus curæ tuæ com-  
missis non tantum exactè observentur, sed etiam transgresso-  
res eorundem poenis condignis excipientur: cui potius Ope-  
ra Iuris Canonici dedicentur, nisi ei, cui incumbit, consilia  
juxta Canones formare, & transgressorum Conatus tem-  
pori obviare. Porro quam exactè hæc præstes, hic enarra-  
rem, nisi eos odisse laudes, qui laudabilia sequuntur, scirem.  
Quapropter jure merito praedicta opera tuis

scle

EPISTOLA DEDICATORIA.

sese manibus, & oculis exhibent, utpote cui ex multiplici capite non parum debo, & quem ductâ in matrimonium ritu Catholico sorore Affinem veneror. Exoro itaque ne prohibeas meam erga te observantiam, sed patere, ut dum sub tutela Amplitudinis tuæ hæc opera denuo evulgantur, mea erga te perpetuò duratura observantia, & affectus sub omnium oculos ponantur. Hoc facto ego perpetuò obligatus ero, ad Deum exorandum, ut diu admodum Reverendam, nobillem, Amplissimam, & Consultissimam Dominationem tuam salvam & in columem pro bono communi conservet. sic voveo. Coloniæ, pridie Natalitiorum. Divæ Virginis anno 1662.

*Admodum Reverenda, nobilis, Amplissima, & Consultissima  
Dominationis tua.*

Observantissimus Affinis

IOANNES BUSÆUS CIVIS  
& Bibliopola Colonensis.

T 3]

EX BL